

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe

der Quellschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.

Neunzehnter Band.



Hannover und Leipzig.

Hahn'sche Buchhandlung.

1894.

Ein Brief Gerhohs von Reichersberg.

Mitgetheilt von Otto Kurth.

Herr Geheimrath Ernst Dümmler hatte kürzlich die Güte, mich auf eine in der gräflich Raczynskischen Bibliothek zu Posen unter Qu. II. H. d. 18 befindliche Pergament-Hs. aufmerksam zu machen, die wahrscheinlich im 13. Jahrh. im fränkischen Kloster Ebrach geschrieben, und deren Inhalt erst zum Theil bekannt geworden ist. Vor mehreren Jahren hat Joseph Schwarzer über sie gehandelt und einiges daraus veröffentlicht¹. Er hat aber kein vollständiges Verzeichnis aller Stücke aufgestellt; in der Hs. ist noch manches enthalten, was gedruckt zu werden verdient. Es ist mir bisher nur möglich gewesen, eins dieser interessanten Stücke, einen Brief Gerhohs von Reichersberg, zu bearbeiten. Der unten folgenden Veröffentlichung dieses Briefes will ich eine Vervollständigung der Schwarzerschen Mittheilungen vorausschicken.

Die Hs. zerfällt ihrem Inhalte nach in 3 Theile. Theil I² reicht bis fol. 27 und enthält Gebete und Betrachtungen im Anschluss an das Leben Christi, vergl. Schwarzer, N. A. VI, S. 515.

Theil II (Rubrik: 'Incipit prefatio sequentis operis'), von fol. 27—41, beginnt mit jenem Schreiben Gerhohs von Reichersberg. Hierauf folgt fol. 30—41³ die Schrift, um die es sich im Briefe Gerhohs handelt: 'Assumptio sanctissime dei genitricis Marie', vgl. Schwarzer a. a. O. S. 515.

Theil III (Rubrik: 'Incipiunt miracula'), fol. 42—111, vgl. Schwarzer ebenda, enthält Mirakelgeschichten. Der Verfasser nennt nur den Anfangsbuchstaben seines Namens E. Ueber seine Quellen sagt er: 'nihil horum scribo, que legerim vel scripta compererim, sed quedam, que visu, plurima, que auditu didicerim'. Ein Hauptgewährsmann scheint ihm ein gewisser Becelinus gewesen zu sein, denn

1) N. A. VI, 516—528 und Zachers Zeitschrift für deutsche Philologie XIII, 338—351. 2) Der Anfang fehlt. 3) Zwischen fol. 38 und 39 fehlen 3 Blätter.

ihn citiert er, soweit ich gesehen habe, zweimal¹. Die Ueberschriften der einzelnen Abschnitte lauten:

fol. 42b: De sacramentis altaris. 43a: De eo, qui post visum edoctus est de sacramentis. Ibid.: Quod sanguis Christi propria specie apud nos visus est. 43b: De eo, qui sanctam Mariam in altari vidit. Ibid.: De pastore, qui eucharistiam iugiter secum ferens fulmine periit. 45a: De eo, qui eucharistiam sepelivit. 46b: Quod reges monachi et conversi visi sunt in spiritu. Ibid.: De eo, qui draconem vidit. 47b: De Pontio episcopo et monacho eius. 49b: De Godeschalco monacho. 50b: De puella, quam sancta Maria vocavit. 52a: De fratre, qui secundum revelationem obiit. 53a: De iuvenibus, qui se post mortem ostenderunt abbati suo. 55a: Quod sancta Maria cuidam visa est. 56a: De monacho studioso in choro. 57a: De monacho iracundo. 57b: De eo, qui se occiderat et revixit. 60a: De eo, quem demones occiderunt. 61b: De eo, qui submissus est in cloaca². 63b: De eo, qui vidit omnes ordines ante deum in visione. 65a: De Volmero decano, viro bono. 66b: De Bertolfo, sancto presbytero et monacho. 67b: Quod apud nos fuerunt et sunt viri sancti. Ibid.: De Ottone viro sancto. 68b: De abstinencia. 69a: De castitate. Ibid.: De iustitia. 69b: De Petro episcopo. Ibid.: De parvulo, qui in igne non arsit. 70b: De fenerator episcopum consulente. 71b: De Petro, Clare vallis abbate sancto. 73a: De duobus nigromanticis.

fol. 75—92 ist von Schwarzer veröffentlicht³, ich kann daher von der Aufzählung der Capitelüberschriften absehen. fol. 75—80 enthält eine Lebensbeschreibung der heiligen Hildegunde († 1188), fol. 80—92 eine der Sage vom Mönche Felix verwandte Erzählung, vgl. Schwarzer S. 516. 527.

fol. 92a: De peregrino, qui de nostris partibus Ierosolimam ivit. 92b: Quod abeuntibus sociis ipse remansit in templo. 93a: Quod angelica virtus apparuit et eum ultra mare transposuit. 93b: Quod uxor viro non credit nec cives factum narranti. 94a: Quod limina sancti Iacobi visitat et cum sociis denuo redit. Ibid.: Quod factum hoc gloriosum sit, sed spiritualiter conversari multo gloriosius.

1) fol. 57a: 'Adhuc Becelinum nostrum do testem rerum, quas narro' und 57b: 'Mirum certe et incredibile, nisi Becelinus noster et alii plures fatentur' etc. 2) Zwischen fol. 60 und 61 fehlt 1 Blatt. 3) fol. 75—80 im N. A. VI, a. a. O. fol. 80—92 in Zachers Zeitschrift f. deutsche Philologie XIII, a. a. O.

94b: De quodam monacho de Campo¹. 97b: De Waltero monacho.

fol. 99—104 hat Schwarzer gleichfalls veröffentlicht². Auf fol. 99 f. folgt eine Erzählung erst in Prosa, dann in Versen: 'De quodam servulo capto in curia Eberacensium', vgl. Schwarzer a. a. O. S. 527. fol. 101—104 enthält einen Brief Engelhards³, des Verfassers der Vita Mathildis, an den Abt Hermann von Ebrach. Ueber diesen und den Schluss der Hs. vgl. Schwarzer a. a. O. S. 523.

Der Brief Gerhohs von Reichersberg ist ein interessantes Beispiel historischer Kritik aus dem 12. Jahrh. Ueberzeugend weist Gerhoh darin nach, dass die vom h. Hieronymus für apokryph gehaltene Schrift über die Himmelfahrt der Maria⁴ nicht die sein könne, welche er einem Nonnenkloster überlassen wolle 'etiam in ecclesia legendum', sondern dass sich das Verdammungsurtheil des Hieronymus auf eine andere ähnliche Schrift beziehen müsse. Doch der Brief mag nun folgen:

Frater Gerhohus prepositus Richerspergensis in Christo sororibus vigilare et adventum sponsi observare. O karissime in Christo sorores, cantica super alia diligentes fortes exactrices estis, mihi oportune importune instantes, ut eliciatis nunc vinum dignum dilecto viro ad potandum labiisque et dentibus illius ruminandum, nunc panem cotidianum de cotidiane psalmodie farina confectum; et ego vicissim a vobis exigo non tam mulieris fortis⁵ fortia opera quam mel et lac reconditum sub lingua vestra et eructandum inter cantica, super alia dilectione Dei tanquam melle dulcorata et dilectione proximorum quasi lacte redundantia. Quibus decenter condiendum nunc a me novum quid exigitis, ut videlicet scriptum de transitu beatissime semper virginis Marie, quod solita importunitate sanctaque aviditate obtinuistis vobis concedi legendum, non in ecclesiastico conventu sed seorsum, nunc donem vobis etiam in ecclesia legendum. Despondi enim vos uni viro virgines castas exhibere Christo, sicut vir illustris⁶ Paulam et Eustochium desponderat eidem⁷. Quas quia ipse prohibet a legendo apocrifo illo scripto de transitu sancte Marie — nescitur a quo edito — suspectus factus est multis sermo iste, quem habetis tanquam refutatum ab ipso beato Ieronimo, cum

1) Eine 1122 gestiftete Cistercienserabtei in der Nähe von Geldern; vgl. Böttcher, Germania sacra, Lpz. 1874, Ia, S. 420. 2) N. A. a. a. O. S. 523—529. 3) Vgl. Schwarzer S. 523. 4) Vgl. Migne, Patrologia latina, Tom. XXX, epist. 9. 5) Vgl. Prov. 31, 10. 6) Der h. Hieronymus. 7) Vgl. Migne XXII, ep. 108, cap. 6. 15. 26.

ipse non hunc, sed aliud quoddam hystoricum scriptum penitus apocriphum, cuius auctor ignoratur, proscripsisse ac dampnasse inveniatur, non ut credatur hereticum, sed ne recipiatur certum pro incerto. Ita enim ait ad Paulam¹ et Eustochium: 'Ne forte, si venerit in manus vestras apocriphum illud de transitu sancte Marie semper virginis, dubia pro certis recipiatis — quod multi Latinorum pietatis amore, studio legendi carius amplectuntur — presertim ex his cum nichil aliud experiri possit pro certo, nisi quod hodierna die gloriosa migravit a corpore'². Nos vero in hoc sermone multa invenimus certa certis testibus comprobata, singularem celsitudinem beate Marie multum dicentia, ut patebit in sequentibus. Illo ergo scripto in sua incertitudine³ relicto, ut placet beato Ieronimo, sermonem, quem huic proemio subnectimus, ita ut in antiquissimis et emendatioribus exemplaribus eum invenimus, non est meum dare vobis vel auctorizare, quia modulo nostro contenti nullam nobis potestatem vendicamus aliquid tale donandi vel auctorizandi. Sed tamen, quia certis auctoritatibus idem sermo subnixus est, nos eum quasi divinitus nobis donatum et certis testibus ac magnis patribus auctorizatum recepimus⁴. Immo iam dudum receptum cognoscimus. Vobisque, sorores in Christo dilectissime, concedimus legendum in festo assumptionis beate Marie fulti nimirum certissimis auctoritatibus orthodoxorum patrum, videlicet Dionisii Ariopagite, discipuli beati Pauli⁵, et Iuvenalis Ierosolimitani patriarche⁶ nec non Germani⁷, Constantinopolitani archiepiscopi. Idem quippe Dionisius, ut in ipso sermone apparet, in libro de divinis nominibus⁸ dormitioni sancte Marie theothocos interfuisse testatur se cum sanctis apostolis et Thimotheo suo condiscipulo ac sancto Ierotheo⁹ post apostolos viro excellentissimo. Quorum testimonio non credere absit a nobis et nostris omnibusque fidelibus sancte Marie suffragio indigentibus. Valet quoque ad sermonis huius firmamentum, quod longe post beatum Ieronimum non tam conscriptus quam ex patrum

1) Hs. ursprünglich 'Paulū', von zweiter Hand (?) verbessert 'Paula'.

2) Bei Migne a. a. O. XXX, ep. 9, cap. II. 3) Hs. ursprünglich 'certitudine', übergeschrieben 'i'.

4) Hs. ursprünglich 'recipimus', übergeschrieben 'ce'.

5) Apostelgesch. 17, 34.

6) Erster Patriarch von Jerusalem, gest. 458.

7) Metropolit 715—730. 8) Ueber diese Schrift vgl. Wetzer und Welter, Kirchenlexikon, Freiburg i. B. 1884, III, 1790 ff.

9) Er lebte anscheinend um die Mitte des 4. Jahrh., wo ein Hierotheos Lehrer der Theologie und 'nach dem Zeugnisse des unter dem Namen Dionysius Areopagita bekannten Schriftstellers der Verfasser eines theologischen Lehrbuches' war. Wetzer und Welter a. a. O. V, 2038.

scriptis collectus invenitur, eo quod Iuvenalis episcopus, cuius hic auctoritas introducitur, post obitum Ieronimi claruit et Martianus imperator, cuius hic mentio inseritur, non Ieronimi sed Iuvenalis contemporaneus invenitur, ut ex hoc manifestum sit non hunc sermonem sed aliud quoddam de transitu beate Marie scriptum reprobasse illustrem virum, quod etiam Gelasius papa¹ inter apocripa reputavit. Qui si forte sermonem hunc tantorum patrum testimoniis fultum vidissent, eorum fidei procul dubio annuissent. Porro si liber ille Cosme, unde in hoc sermone nonnulla sunt excerpta, putatur apocriphus, non ideo tamen sermo ipse repudiandus est, quia, quod excerptum² de apocripho hic est insertum, hoc procul dubio non est apocriphum. Licuit semperque licebit non solum de apocriphis verum etiam de paganorum scripturis tale quid excerpere, quod non sit apocriphum seu paganum. Unde apostolus ad redarguendos Cretenses de quodam pagano poëta³ ipsorum tale posuit testimonium: 'Cretenses semper mendaces, male bestie, ventris pigri'⁴. Neque tamen Pauli epistola propter hoc est repudiata quasi scriptura poëtica vel pagana, quod habet quedam de pagano poëta, maxime cum eadem ipsa veraciter dicta non sint nisi veritatis fonti attribuenda, unde manant omnia vera tam per ora paganorum quam per ora Christianorum. Item exempla Iude apostoli habent quedam de apocrifis sumpta testimonia. Nam quod ait⁵: 'Prophetavit autem de his septimus ab Adam Enoch dicens: Ecce venit dominus in sanctis milibus suis facere iudicium contra omnes, arguere omnes impios' de apocripho libro sumptum est. Proinde primis quidem temporibus a plerisque hec epistula reiciebatur, sed considerata ratione apostolice auctoritatis et manifeste quam continet veritatis meruit inter sacras scripturas reputari. Neque audet quisquam sane mentis hec improbare, maxime quia tale testimonium de apocriphis Iudas assumpsit, quod non apocriphum aut dubium, sed vera luce et lucida esset veritate perspicuum. Similiter nobis arbitrari licet: quia liber Cosme de transitu sancte Marie a quibusdam habitus est apocriphus et putatur esse ille, quem Ieronimus notavit ac papa Gelasius apocrifavit, sermo iste habens inde sumpta testimonia diu est neglectus. Verum nunc auctoritate ipsius

1) I, 492—496.

2) Hs. urspr. 'exerptum', c übergeschrieben.

3) Sprichwörtlich war im Alterthum der bekannte Vers des Epimenides aus Creta: 'Κρήτες ἀεὶ ψεύσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί'; cf. Callimachus, hymn. I, 8.

4) Paulus ad Titum I, 12.

5) Iud. 14.

veritatis defensatur a mendatiis apocriforum, presertim quia nullum de libro apocrifo apocrifum testimonium continet, sed ea tantum, quibus Dionisius Ariopagita consonat et que antiqua traditio commendat. Unde licet ignoretur, cuius industria collecta sint in hoc sermone rationabilia testimonia, partim de libro Dionisii, partim de tractatibus aliorum patrum, partim de antiqua traditione seniorum, tamen, quia hoc non ignoratur, quod ad honorem et venerationem dei genitricis hic sermo rationabiliter est contextus, merito iudicatur ob reverentiam ipsius beate semper virginis honorabiliter acceptandus tanquam fidelis sermo et omni acceptione dignus. Qui autem in eo id putant absurdum vel impossibile, quod apostoli feruntur de diversis mundi partibus ad obitum beatissime virginis repente convenisse baiulante nube, legant et in veteri testamento Heliam¹ transportari solitum tali miraculo et in novo Philippum, de quo dixit²: 'Spiritus dei rapuit Philippum et amplius non vidit eum eunuchus. Philippus autem inventus est in Azoto'³. Legite itaque, karissime filie, hunc desideratum de assumptione sancte Marie sermonem filii eius et ipsius annuente clementia et concedente nostra licentia. Neque enim quispiam sanum sapiens in hoc me temerarium iudicabit, quia id recipio et recipiendum iudico, quod, sicut in ipso sermone subsequenti clarebit, et Dionisius Magnus corroborat et episcoporum Palestinorum propter Calcedonense concilium in regia urbe Constantinopolitana⁴ collectorum convenientia et⁵ Iuvenale Ierosolymorum patriarcha proloquente confirmat. Sermo quoque ipse, ut in modo dictaminis apparet, grece primo editus et postea in latinum translatus antiquitatis maturitates commendat, ut etiam per hanc manifeste ab illo apocrifo, quod Ieronimus imperat, secernatur.

1) 2. Kön. 2, 11.

2) Apostelgesch. 8, 39.

3) Stadt in Judäa,

sonst Asdod.

4) Hs. 'constantinopoli'.

5) So Hs.